28. ha valamely forortvl meg bantatyk vala ez zent zvz ... bekeffegel zenuedy vala el. (72. 1.)

29. egy jdevben az ev meltere olimpyadis meg fedde zent margyt azzont ... sem meg nem haborodek. (72—3. 1.)

30. gyakorta ez zentfeges zvj kery vala az fecreftyeres forort... mert keufet allottam ezenkeppen. Ez dolgok levttenek zent margyt azzonnak halala elevt egy ezten devuel. (73—75. 1.)

27. *Perpendit aliquando sancta virgo. quod soror quedam per triduum, nullum sibi dixisset omnino verbum. Existimans ergo, ne forte haberet aliquid adversus eam, humiliter ad illam accessit. prostrata veniam petiit. et si eam modo quolibet offendisset, emendam promisit. Náp. c. 24.*

28. *Si qua soror casu quocumque offensionis ei materiam ministrasset, non movebatur eius animus, sed in mansuetudine et patientia omnem iniuriantem humiliter supportabat. lesa preveniebat ledentem. et ab illis, que irrogaverant iniuriam, prostrata petebat veniam. Náp. c. 24.¹*

29. *Erat ... dum oraret quasi jugiter humi jacens in tantum, ut eam magistra sua quondam reprehenderet in hec verba. O domina vos personam vestram destruetis. quid facitis? vos statis tota die in orationibus, tenendo super terram nasum et faciem quasi porcus. Nunquid queritis deum in terra? hec et his similia virgo frequentius audiebat, et omnia cum humilitate et patientia tolerabat. Náp. c. 32.*

30. *Quadam vice, in vigilia omnium sanctorum, rogavit, sicut pluries consueverat, sororem Jolentam, que sacriste faciebat officium, ut ceteris de ecclesia recedentibus, maneret cum ea, donec orationum suarum pensum debitum persolvisset. Mansit illa. et oranti astitit diu valde. devota igitur marga-*

¹ Erat quoque mitissima, compatiens, et benigna: iniuriantes supportabat. Si qua soror ei iniuriaretur, prostrata ad pedes ejus, petebat ab ea veniam. *Pađ. 24.*

reta cum ante altare crucis orasset diucius cum gemitibus et suspiriis lacrimosis, subito, Jolenta vidente, cecidit nullisque motibus ac sensibus corporis utens quasi mortua videbatur. Et sic in deum rapta tam diu mansit, donec dicta Jolenta perlegit totum psalterium, satis tractim, prostrationes singulas ad psalmos singulos faciendo, faciebat signum, commovebat in circuitu jacentis sonorum strepitum, ut illam, que videbatur dormiens, excitaret. et non erat vox neque sensus. puella . . . nec se movit penitus, nec surrexit. Existimans igitur puellam esse corporaliter mortuam, horrens et admirans illico ad sororem olimpiadem puelle magistram clam accessit. et que viderat enarrevit. Accessit illa cum duabus sororibus. Venerunt ad locum, et eam adhuc ante altare jacentem . . . invenerunt, viderunt, probaverunt. Post longam itaque moram multis excitatis tumultibus, surrexit puella Reprehendit eam magistra sua, quod sic interficeret corpus suum. Soror, que eam associaverat, (mondá t. i.) quod sic perturbasset ipsius animum. At illa dulciter subridens et manum eius tenens ait illi. Noli turbari soror carissima, quia sic modicum steti valde. Náp. c. 36.¹

31. Efmeeg egy eyel veternyek eveltte . . . Senkynek ez lataft meg ne mongyad. (75—6. 1.)

31. *Quadam nocte in aduentu domini, ceteris dormientibus, ad suum secretum accedens dormitorium (?) ut private oraret*

¹ Quadam vice in vigilia Omnium Sanctorum dum orabat subito quasi mortua cecidit, et sic quasi mortua mansit, donec Soror eam associans totum psalterium tractim dixit: et tum reputans eam mortuam, strepitum et voces fecit; sed nihil proficiens alias vocavit, mortuam esse nunciavit. Venerunt, et in tali statu eam viderunt: tandem rediit et quid sic parum mansisset, eis dixit. *Pád. 34.*

*rogavit quamdam sororem, nomine helenam, ut prope locum staret, et quod illic esset nemini revelaret, nec quamconque accedere permetteret Cum autem virgo sancta diucius orasset, subito globus igneus et magna flama ignis apparuit super caput orantis. Timuit helena¹ timore magno et perterrita fugit, et quantocius chorum intravit Ibi sorores Katerinam priorissam et olimpiadem orantes invenit. Prodidit eis misterium, quod viderat nunciavit. Advenerunt ambe cum helena et flammam ignis stantem super caput eius invenerunt . . . Post longam igitur inspectionem et admirationem tantae rei tres ille sorores fecerunt ei bis vel ter signum, ut eis aliquid responderet. Sed virgo beata . . . non attendit. Tandem quasi de somno rediens, respondit eis. tunc dixerunt ei, *O domina, ignis est super caput vestrum. At illa subridens paululum, manum capiti apposuit. et ad tactum sacre manus ignis ille disparuit. Rogavit autem sorores illas, ut nemini dicerent visionem. Náp. c. 39.*²*

32. Esmeeq egy jdevben nyarban . . . mynd be tellyefehte. nagy bekelfegel es alazatoffagal. (77--79. 1.)

32. *Cum frater marcellus prior provincialis a monte pesulano, rediens de capitulo generali, ad monasterium veniens predixisset quodam sero, quod die sequenti sororibus, que fregissent silentium, penam imponeret et in ea nullatenus dispensaret. Soror margareta duas*

¹ A magyar szöveg itt átugorja a következő eseményeket.

² *Quadam vice in Adventu Domini, dum oraret de nocte, subito rapta fuit, et globus ac flamma ignis apparuit super caput eius. Soror ei assistens vocavit eam pluries, et cum non responderet, cucurrit ad Chorum, ubi multas Sorores orantes invenit. Venerunt, ac viderunt, et diu ibi steterunt; multa signa fecerunt, sed illa rapta in spiritu non advertit. Tandem quasi excitata rediit. Dixerunt ergo ei quod ignis super caput eius esset; at illa cum manu excussit, et rogavit, ut nemini dicerent, quid vidissent. Postquam autem flamma disparuit, odor suavissimus in loco illo remansit. Pad. 35.*

sorores misit ad eundem juxta fenestram rotundam et per eas humiliter supplicavit, ut talem penam, qualem aliis, sibi injungeret, nec ei parceret quoquo modo, ne forsitan alie judicarent, quod ei parceret eo, quod filia regis esset. Sicque factum est. nam die sequenti plures sorores in medium refectorii in terram sedentes super nudam tabulam panem et aquam comederunt. et beata virgo cum eis sedit ac penitentiam eandem fecit. Náp. 23.¹

33. Efmeeg vgy monda az ev halalarvl az ev evccheynek . . . mert az en testembevlf femmynemev dohoffag ky nem ju. (93—94. 1.)

33. Circa finem quoque eiusdem anni, IX. die Januarii,² hora cene, dum plures ex sororibus essent in domo monasterii, que dicitur hospitale, et sancta margareta cum eis, sancta virgo sana corpore, prout omnibus prima facie apparebat, diem eis sui obitus revelavit. et dixit. *Scitote quod cito moriar. Verum infra X dies in festo sancte prisce. Rogo autem vos, quod me sepeliri faciatis in choro nostro ante altare sancte crucis, aut si forsitan sepultura mea ante illud altare sororibus aliquod impedimentum prestaret, sepeliar in illo loco, in quo orare communiter consuevit, et adiecit: non timeatis apponere manus ad sepeliendum corpus meum, quia de corpore meo nullus fetor penitus exhalabit. Náp. c. 59.³*

¹ Nolebat quod parceretur sibi a poenis in consororibus taxatis. Unde semel rogavit Priorem Provincialem, ut sibi, sicut aliis, imponeret poenam pro fractione silentii debitam: et sic factum fuit; nam cum aliis in terra sedit, et panem et aquam comedit. *Pad. 23.*

² Olaszos számítás szerint, mely az évet márcz. 25-ik napjával kezdi.

³ (Obitum quoque proprium per unum annum ante praevidit et prae-dixit:) et tandem nona die Januarii sana corpore existens, multis praesentibus dixit, quod die decima in S. Priscaae moreretur, de loco suae sepulturae Sorores requirens, eisque praedicens, quod de suo corpore post mortem nullus foetor exiret. *Pad. 45.*

34. Mykoron ez zentfeges zvz ezen keppen halva fekenneyek . . . es tyzta yo lcapulart ada ev rea. (97—99. 1.)

34. Anno quo transivit, nobilis soror heljsabeth, filia domini ladislai de *syrmia quartana febre graviter vexata fuerat a festo sancti laurentii usque ad festum subsequens sancte prisce, qua die sancta virgo migravit. Et adeo debilitaverat eam febris, ut sine alterius adjutorio penitus se movere non posset.* die igitur sancte prisce, dum exequie pro sancta virgine parabantur, febris passionem patiebatur solito graviorem. Tunc . . . oravit in hunc modum: O beata Margareta . . . rogo te, quod meritis tuis liberer ab ista quartana, ut possim ire ad exequias tuas . . . *Oratione finita, statim surrexit, et a febre . . . plenissime liberatam se sensit . . . ad sanctum corpus accessit . . . Obsequium exhibuit debitum et devotum. Et quia scapulare, quod erat circa corpus sanctum, ex assiduis servitiis, que fecerat virgo, dum viveret, tam in coquina, quam alibi, multis maculis erat deturpatum, abstraxit illud et aliud apposuit magis mundum.* Náp. II. 14.¹

35. De zent margyt azonnak el temetefe vtan tyzennegyed napon . . . mynt ha nagy lok rofag voltak volna ot. mykeppen ezen lombardiy kev myes mesterevk ezrevi byzonfagot tevttenek. (107—108.1.)

35. . . . *die autem XIII-o duo lapicide supra ipsam arcam ligneam rudem lapidem posuerunt, demum post duos vel tres menses revolventes lapidem illum rudem apposuerunt tumbam marmoream diebus intermediis praeparatam et decentibus sculpturis hornatam. Tunc quoque dum lapidem sustulerunt aperto tumulo tantus noviter vapor et odor suavitatis accedit ac si . . . illic omnia florum, rosa-*

¹ In die S. Prisca, qua pro ea exequiae parabantur, Elisabet filia Regis (!!) Ladislai, quae fere per sex menses ante quartanam habuerat, oravit Virginem, quod sanaretur, ut exequiis interesse posset: statim sanata fuit, et veniens ad feretrum, scapulare quod erat immundum a corpore abstraxit et sibi retinuit. *Pad.* 56.

rum et liliorum genera clausa forent. Náp. II. 2.¹

36. Tahat azon vafar napon . . .
Az baran meg holt. (100. 1.)

36. *Ipsa hora, qua virgo transiit, Religiosus frater petrus, tunc lector in conventu Jauriensi² ordinis predicatorum, postmodum prior provincialis ungarie, dum post celebratum officium matutinale dormiret, audivit vocem in summis dicentem: Agna mortua est. euigilans mane sequenti, quod audierat fratribus enarravit. Omnes vero vocem interpretati sunt de transitu virginis margarete. Statim igitur processit ad insulam. et invenit, quod ipsa nocte, qua vocem illam audivit, virgo sancta migrans ad dominum, feliciter obdormivit. Náp. II. 3.³*

37. Azert mykoron jmmar kedden el juttek volna az tyztelende v atyak es vrak . . . mert jmmar az menyey evrek evrekfeghnek jutalmat evtet vennyé nylyvan lagyvk. (100—101. 1.) V. ö. Nem keel ty nektek slynotok az evrek kyralnak leanyan . . . es az vtolfo feeltamadafnak dychevfegeet lagyvk ev rayta lenny. (231. 1.)

37. *Advenit autem tertia sequente feria Vir reverendus et venerabilis dominus philippus archieppus Strigoniensis, ut corpus sacrum honorabiliter . . . traderet sepulture. Accessit propius et velum, quod tegebat virginis faciem, elevavit. tantique decoris in eius facie videns pulcritudinem et admirans, conventui sororum, que circa feretrum aderant lamentantes, alta voce dixit: hanc dominam nolite flere, quasi mortuam, sed gaudete potius, quia habetis eam jam cum christo regnantem. hec est enim verissime regis eterni filia. hec est procul*

¹ Quartadecima quoque die cum lapis rudis fuit super ipsam appositus; et post tres menses quando fuit tumba marmorea coopertum, exalavit dictus odor. *Pád. 47.* — A Nápolyiban levő *XIII* hibás olvasat *XIV* helyett. V. ö. Monum. Rom. Episcop. Vespri. I. k. pag. 291.

² Óváry hibás olvasása szerint: *Januensi*, a *Pad*-ban (l. a.) *Lauriensi(s)*. Helyesen: *Jauriensi*. V. ö. Acta SS. Boll. i. köt. pag. 905. — Magyar Sion, V. 643. l. 2. jegyz. Mon. Epp. Vespri. I. pag. 282.

³ Nocte qua transiit, Frater Petrus Lector *Lauriensis* post matutinas dormiens, audivit in somniis vocem dicentem: Agna mortua est. Mane hoc dixit Fratribus, et omnes interpretati sunt de transitu Margaretae, statimque ad monasterium venit, et eam illa nocte migrasse invenit. *Pád. 48.*

38. Vgyan azon eyel. mely eyel zent margyt azzon meg holt vala. . . es meg monda az fraterevkniek (109—110. l.)

39. Vala egy Soror, prepoftok zerzetenek harmad zerzetebeli Soror... ez velagbol ky muleek. (111—112. l.)

dubio vere sancta. habemus sanctitatis eius evidentissima argumenta. Ecce quod iam inchoatur in eius sancto corpore dos illa pulcherrime claritatis, quam exspectant omnes sancti futuram in suis corporibus in generali et ultima resurrectione. *Náp. II. 1.*¹

38. *Ipsa autem momento, quo migravit e vita, ostensus est divinitus transitus e corpore mulieri cuidam Deo acceptae, cuius mansio distabat a monasterio centum ferme milibus passuum. Visionem vero suam viro illa patefecit, Scias, inquit, hac nocte B. Margaritam Regis nostri filiam diem suum obiisse; vidi equidem ipsam gloriosâ amictam stolâ transferri ab Angelis in coelum. Ille cupiens scire, verumne esset, quod ei nuntiaverat uxor, ad Insulam profectus est, et Christi Virginem eo tempore, quod uxor ei dixerat, fuisse defunctam invenit. Coniugis autem suae visionem Fratribus ordinis Praedicatorum, qui in Insula tunc erant, narravit. Ranz. 19.*²

39. Ostensa quoque est felix eius ad alteram vitam migratio, *Religiosae cuidam mulieri (Castillo addit: Ordinis Praemonstratensis), quae in eadem insula arca S. Michaelis monasterium degens, agensque suorum peccatorum poenitentiam, se jejuniis et orationibus, aliisque multis bonorum operum generibus, afflictabat. Hec perpaucis ante mor-*

¹ . . . Archieppus Strigoniensis diceret Sororibus, quod non deberent eam flere quasi mortuam, quia erat vere beata, et cum Christo in gloria, ac in eius corpore resurrectionis insignia apparebant. *Pad. 47.*

² Castillo quaesisse illam ait ex marito, num quam nosset Sororem Margaritam; atque ex eo didicisse quae illa esset; ac professam sibi a Sancta promissum, si tumulum ejus adiret, impetraturam quae peteret, et mox cum marito isthuc esse profectam. *Boll. Acta SS. Jan. tomus II. pag., 909.*

tem B. Margaritae diebus vidit in somnis sanctam Dei genitricem, stipante eam magna Virginum caterva, e caelo descendentem, introeuntemque locum, ubi illa aegrotans iacebat; tenere autem suis manibus videbatur coronam miro candore coruscantem, mireque variis gemmis ac margaritis ornatam. Ut autem introgressa est, eam coronam capiti eius imposuit, erectamque illam inter virgines magnam cum omnium laetitia coronavit. Mox loco illo egredi visa est, atque in caelum, unde venerat, per gradus quosdam, cum ingenti comitantium eam Virginum applausu, conscendere. Eam visionem illa ad monasterium se conferens iureiurando divulgavit. Qua ex re iudicatum est ab omnibus, qui vulgati visionem audiverunt, beatam Christi sponsam Margaritam haud multo post morituram; et pro meritis eius inter felices animas collocandam. Ranz. 20.

40. Vala egy vzv ky vala tamaduan nemes nemzetbevl... Mert ev vala lelkeknek jdueffegenek zere-teye. (114—116. l.)

40. Soror quedam, nomine petronella, dum adhuc esset novicia, die quadam sedens in refectorio cum sororibus collationis hora, cogitauer cepit in corde suo, quales vestes gereret, et quales in domo patria dimisisset. Gerebat enim vestes religiosas asperas. et villes. In parentum domo dimiserat preciosas, delicatas et molles. Cogitationes ei varie succedebant, et dicebat in animo suo si mansissem in seculo, potuissem habere vestimenta discoloria... hec et similia loquebatur cum corde suo, et humanum quod patiebatur in mente, distabat ab ea plurimum, nec eam quoquomodo videre poterat sancta virgo... Recedentibus ergo sororibus de refectorio, per sanctum edocta spiritum accessit ad noviciam et tenuit

manum ejus ac ridendo dulciter *dixit illi*. O petronella carissima *es iam nimis pulcra, nunquid apparuisti tibi multum pulcra vestimentis et hornamentis mundanis?* Tunc novicia tenens fortiter manum eius rogavit, ut ei diceret, qualiter talia protulisset. Sed illa solum a cogitationibus vanis eam cupiens revocari . . . dicere recusavit. Tunc petronella . . . erubuit, et vanis ac sordidis cogitationibus rejectis, cor suum in sanctas meditationes transvexit. *Náp. 54.*¹

41. Vala egy Soror. kinek vala neue alincha . . . myert evneky gondolatyt meg efmerte vala. Ez dolog vala harom eztendevuel zent margyt azzonnak halala eleut. (118—120. l.)

41. Simile quoque *contigit per tres annos ante quod sancta virgo margareta de mundo migraret. Nam dominica secunda in adventu domini, dum soror quedam genere nobili, Aluisca nomine, sederet in refectorio cum aliis hora cene, cepit affligi gravi dolore cordis, et estimavit, quod nulla de sororibus curam haberet de ea et propter dolorem huiusmodi urebatur. Intravit ergo in eam cogitatio, et cepit dicere intra se heu me, si non essem soror et essem inter parentes meos, multos haberem, qui curarent de me . . . Ceteris igitur post cenam ad chorum euntibus, Illa dolorem animi patiens in refectorj loco mansit, et accedens ad eam sancta margarita, dulciter illam redarguit . . . dicens. O soror carissima quid habes? Quid stas? quid pateris? At illa . . . dixit. hic sum. Cui sancta virgo subjunxit quid est, quod propter dolorem tuum velles non esse in ordine . . . Incipiens autem a principio, quicquid illa cogitaverat ei per ordi-*

¹ Novitiae cuidam cogitanti de pulchritudine vestium secularium ornamentorum, et ob hoc cogitanti redire ad seculum, quid cogitaverat, dixit, et sic eam in amore ordinis confirmavit. *Pad. 43.*

nem enarravit. Erubescens illa consolationem recepit, cogitationes noxias abiecit. et quia cordis eius occulta virgini sancte patuerant, ipsius faciem inspicere per sequens triduum causa non fuit. Náp. 55.¹

42. Annak okaert mykoron ez fyllep erfek meeg elne . . . kyt meg es tevn hyuen.²

42. Soror quedam *alusca* nomine simplex et, ut ex facto patuit. nimium verecunda . . . erubescens in presentia virorum levare faciem, dum primi miraculorum inquisitores venerunt, se ab eis totaliter occultavit . . . *Audiens quoque rursus, quod dominus papa secundos inqui-*

¹ Quamdum Sororem corde poenitentem quod seculum reliquerat, reduxit ad amorem Ordinis, totum ordinem suae cogitationis exponens eidem. *Pád. 44.*

² A jelen és előző 41. sz. részlet között olvasható lapok forrására, mint említve volt, már Knauz Nándor rámutatott (Magyar Sion, V. 584. l.) Ez a forrás: Ubertus Blancus és De la Corre pápai inquisitoroknak XXI. János pápához intézett jelentése, amelybe (szokás szerint) a két doctornak V. Ince pápától nyert megbízólevele szintén szóról szóra be van foglalva. (L. Acta SS. Boll. Jan. tom. II. pag. 900. Pray, Vita S. Elisabethae V. nec non B. Margaritae Virg. pag. 231. Katona, Hist. Crit. VI. 694.) A magyar codex fordításban közli a levél köv. sorait: »*Dudum ex parte clarae memoriae regis Hungariae, felicitis recordationis Gregorio papae . . . fuit humiliter supplicatum, ut, cum omnipotens, qui salutis nostrae causam misericorditer in sanctis suis operans, quos coronat in coelo, frequenter etiam honorat in mundo, et ad eorum memoriam signa facit, atque prodigia, per quae pravitas haereticorum confunditur, et fides Catholica roboratur, meritis recolendae memoriae Margaritae virginis, sororis, seu sanctimonialis monasterii Virginis gloriosae, de insula Danubii, ordinis Praedicatorum . . . cuius corpus in eodem monasterio requiescit, tot, et tanta miracula operetur, quod ipsius inter ceteros non invocare suffragia sit indignum, ipsam aggregare Sanctorum catalogo dignaretur*«. A többi a magyar nyelvemlék csupán kivonatosan mondja el. Érdekes a kivonatnak befejező része a két inquisitornak megbízásában való hű eljárásáról: »*Kyt ez jambor doctores es canonicos hyven mynd meg tevnek, es mend vegyg el vegezsek, es hyven meg yrak papanak be viuek, nekevnek es jrua hagyak mykeppen jól lagyatok az ev legendayat. Es lelek etvat . . . es byzonehtak nagy meltoffagos zentnek*«. A hivatalos jelentésnek idevágó része azonban az ismert közlésekben csonka. »*Depositiones testium . . . seriose, diffuse ac explicito et ordine, quo illa fuerunt deposita coram nobis per manum publicum Bertholdi de Bosant notarii fideliter in scriptis redactis, sub sigillis nostris Vestrae Sanctitatis duximus intimandum: copiam nihilominus omnium eorum, quae Vestrae Sanctitatis transmittimus, de verbo ad verbum, nihil addentes, vel diminuentes, sub sigillis praedictis, una cum litteris felicitis memoriae Innocentii V. praedecessoris vestri, nobis missis*« (kimaradt: *in insula Danubii reliquimus* vagy más efféle). Az értelmet azonban a magyar szöveg hitelesen egészíti ki, mivel a tényre Mátyás király is rávall a Szentszékhez Margit kanonizálása ügyében írt levelében, mondván, hogy Margit csodáit »*adhuc fide digna testimonia comprobant, et post ejus mortem a diversis Romanis Pontificibus vel deputatis, vel missi Inquisitores, examinatis inde pluribus idoneis testibus, et tota proficiente Hungaria, comperisse, ac scriptum reliquisse dinoscuntur*«. (Pray, i. m. pag. 237—8. V. ö. Knauz, i. h.)

sitores ad idem mitteret, deliberavit in animo, quod . . . nec de miraculis, nec de vita sancte virginis testimonium perhiberet. Quia igitur . . . ipsa verbum veritatis . . . quando loquendi tempus erat, occultum tenere disposuit, percussit eam deus febre continua acutissima per sex dies. Percussa vero, ad cor rediit . . . et ait intra se penitens . . . Promitto deo, quod si me de ista infirmitate sanaverit, fidele testimonium virgini perhibebo. Eadem igitur die, qua votum emisit, febris totaliter eam dimisit et post hec venientibus inquisitoribus, de isto et aliis virginis sancte miraculis veridica testis fuit. *Náp.* II. 9.¹

43. Vala egy Soror kynek vala neue candida . . . az év nehez betegfegenek korfaganak okaert. (125—126. l.)

43. . . . erat in eodem monasterio soror quedam, que per octo dies continue laboraverat gravissime de febre acuta, in tantum, quod tam medicus, qui curam illius gerebat, quam circumstantes de vita eius penitus desperabant, dum igitur esset viribus corporis destituta . . . mane quodam oriente sole, Aperti sunt ei celi. et vidit visiones dei. . . . Vidit ecce, ab oriente porte tres aperte patebant in celo. Per portas illas tres societates sanctorum luminosis fulgoribus resplendentium processerunt. Venerunt ad monasterium, intraverunt claustrum, accesserunt usque ad lectulum, in quo iacebat decumbens. Quos videns et admirans infirma, interrogavit eos dicens: Ad quid venistis? qui responderunt: nos venimus ad dicendum domino philippo Archiepiscopo Strigoniensi, quod faciat inquisitionem de sanctitate istius virgi-

¹ Quaedam occultans se, ne de vita et miraculis Virginis testimonium diceret, acutissimam febrem sex diebus habuit: credens sibi hoc propter illam negligentiam evenisse, poenituit, et promisit, quod si curaretur, mox testimonium perhiberet, et eadem die qua vovit curata fuit. *Pad.* 52.

nis Margarete. et dicere volumus testimonium pro ea de sanctitate ejus. Agnovit autem, et videbatur sibi, quod erant inter illos tres sancti sibi noti sancti Bartholomeus Apostolus, demetrius et laurentius martires gloriosi. Expergefacta soror candida, ceteris astantibus circa eam visionem exposuit. Interrogavit, quid pro hora illa in monasterio agebatur. Que responderunt ei: Visio vestra non est vana, sed vera, quia Archieppus est hic et facit inquisitionem de sanctitate beate virginis Margarete. Ipsa vero, quod venisset, vel venire deberet, ante prius penitus ignorabat. his igitur auditis, sana surrexit, ad archieppum accessit. et ei exposuit modum sue curationis. et totam seriem visionis. Náp. II. 13.¹

44. Egy jdevben zent margyt azzonnak halala elevt harom ezten devuel . . . vgy hog veternyeyg chak nyomat jeleet fem lathatak. Ez viznek arradafa kedeg levte vechernyenek elevtte. (127—129.1.)

44. *Per tres annos, antequam virgo sancta migraret ad christum circa finem mensis maj,² danubius . . . preter solitum inundavit. Intravit et occupavit curiam, in qua mulieres servitiales monasterii morabantur. sicque tribus diebus ac noctibus continuando permansit. Elapsis autem postmodum octo diebus frater marcellus, prior provincialis ungarie, causa visitationis ad monasterium accessit, cui virgo Margareta, quod de fluvio nuper contigerat, enarravit. Ipse vero . . . puelle respondit et dixit. Quomodo posset hoc fieri? hoc ego*

¹ Soror quaedam octo diebus laborans acuta, de cuius vita medici desperabant, quodam mane dormiens vidit a parte Orientis tres portas apertas in coelo, per quas tres societates Sanctorum cum magna claritate exeuntes venerunt ad locum eius, inter quos agnovit SS. Bartholomaeum, Demetrium, Laurentium. Interrogati per eam, ad quid venissent, dixerunt, ad dicendum Archieppo Strigoniensi, quod inquirat de sanctitate et miraculis S. Margarete Virginis, et volumus testimonium pro ea perhibere. Evigilans Sororibus visionem dixit, Responderunt quod ipsa hora ad hoc Archieppus monasterium intraverat: statim sanata surrexit, ivitque ad Archieppum, visionem ei exponens. *Pad. 55.*

² Hibás olvasat.

non crederem ullo modo. Erubescens virgo sancta . . . oravit et dixit: O domine Ihesu Christe et gloriosa virgo maria . . . Ostendite fratri marcello verum fuisse, quod dixi. Mox igitur . . . multiplicatae danubii aque intumuerunt nimis, et inundaverunt et omnia repleverunt, quae erant in curia. Irruit danubius . . . intravit claustrum . . . Timuerunt valde sorores et timentes ad solarium ascenderunt. Sed et ipse frater marcellus, qui visitandi causa claustrum intraverat, pedibus suis iam in aqua tinctis, compulsus fugere, super quoddam grossum lignum conscendit et de ligno super murum, quo columnarum bases per claustrum ipsius ambitum sustentantur. Incepit autem haec inundatio hora quasi tertia et ingravescere continue sic, ut iam personarum et rerum urgens periculum cerneretur. Circa vespere vero sorores ad sanctam Margaretam venerunt . . . ut oraret dominum, quatenus monasterium . . . liberaret . . . Oratione finita statim aqua fluminis retrocessit, aquae reverse sunt in alveum et converse in siccum, quod auditu mirabile est; infra horam matutinarum adeo fuit totum desiccatum monasterii spatium, ut aquae veluti nulla vestigia remanerent. Náp. c. 46.¹

45. Egy jdevben hufvet napyan. completanak vtanna . . . meg leleek eleueneen zent margyt azzonnak jmad-faga es erdeme mya. (132—134. l.)

45. Anno septimo transitum virginis precedente die dominice resurrectionis post completorium, dum iam tenebre noctis operuissent ter-

¹ Quodam tempore dum Danubius inundans curiam Sororum per tres dies ingrederetur et Prior Provincialis Margaretæ hoc narranti non crederet, erubescens illa quod mendax putaretur, oravit Deum, ut ostenderet quod verum dixisset, et statim inundans Danubius intravit claustrum et officinas sororum, et Sorores fugerunt in solarium: Priorque Provincialis posuit se super murum claustrum, et duravit inundatio usque ad vespere. Tunc Margareta rogata a Sororibus oravit ut aqua recederet, statim recessit, et infra horam matutinam omnia loca adeo sunt desiccata, quod nullum aqua vel luti vestigium ibi mansit. *Pad.* 39.

ram, stilante de rudibus inundatione pluviarum, sancta virgo quandam servituaem suam, Agnetem, vocavit eique imposuit, ut iret et afferret sibi quandam suam tunicam, que in servituaem alterius manibus habebatur . . . Agnes igitur audito mandato . . . ambulavit in tenebris . . . Et . . . lubricato gressu cecidit in puteum profundissimum, qui ante coquinam claustrum in ipso monasterio habebatur . . .

Cum autem redire tardaret, sorores de tanta tarditate mirantes . . . ad puteum cum luminariibus accesserunt. Optabant succurrere pereunti, sed quia non suppetebant vires, ut eam extraherent de profundo. cucurrerunt ad fenestram locutorii et clamaverunt. Invocaverunt fratres in exteriori manentes curia, ut celeriter accurrerent in adiutorium morientis. Accurrunt fratres et descendunt in puteum. querunt cum vicinis puellam in profundo putei palpitantem et non invenerunt. Siquidem infixam erat in ultimo profundo et nulla spes de vita . . . laborantibus ita fratribus in inquisitione mulieris, que perdita putabatur soror olimpiades morienti compassa et indignata virgini margarete, duris eam sermonibus increpavit dicens, *O domina male fecisti, quod tali tempore bonam feminam misisti istam . . . Ecce perdidisti animam tuam; et animam ac corpus illius. Cui sancta virgo dulciter respondit. Ne timeas mater, quia ipsa non morietur modo. Tunc flexis genibus, cum lacrimis oravit, dicens, O domine deus, si aliquantulum tibi placet servituaem meum, rogo te, quod ista servituaem non moriatur . . .* Statim oratio virginis portas divine misericordie penetravit. Ille . . . Qui ionam et

paulum de profundo maris potenter eripuit, Agnetem de profundis ereptam super aquarum superficiem divinitus apparere fecit . . . Confestim igitur a fratribus capitur. capta ligatur. et. intra magnam ydriam ponitur ac cum difficultate magna per sorores et fratres sursum trahitur, et levatur. Erant autem trachia pedes et ossa corporis ex collisione contracta: Collum fractum caput suscendere (?) non poterat . . . dum igitur sic staret . . . in conspectu sororum . . . eam . . . mortuam reputantes alta voce clamare ceperunt. Irruerunt in sororem margaretam, Agresse sunt eam vituperiis, Exprobrabant ei, quod eam interfecerat . . . Ad hec virgo sancta . . . iterum . . . cum magnis lacrimis genuflectens oravit dominum . . . Oratione finita protinus Agnes viva et sana surrexit . . . Et servivit sororibus, ac illius, quod in se fuerat experta, miraculi veridica testis fuit. *Náp. c. 48.*¹

HORVÁTH CYRILL.

ÚJABB ADALÉKOK CODEXEINK FORRÁSAIHOZ.

(Harmadik közlemény.)

4.

A Hortulus animae imádságai codexeinkben.

Addig is, a míg a középkor végső évtizedeinek és a XVI. század elejének e legnépszerűbb imakönyvéről készülő nagyobb bibliographiai és irodalomtörténeti dolgozatokat bemutathatom, ezúttal csupán azoknak az

¹ Puella quaedam missa per eam in nocte Paschae ad quaerendum eius tunicam, cum esset nox obscura, et pluvia magna, cecidit in puteum profundum. Diu quesita non inveniebatur, donec orante s. Virgine, in superficie aquae apparuit, et cum labore sursum tracta est, habens omnia membra corporis contracta, et conquassata, carens sensu et motu, et mortua videbatur. Improperabant Virgini, quod fuisset causa mortis eius. Sed oravit Virgo beata cum lacrymis, et statim puella viva et sana, nullam habens laesionem, surrexit, ambulavit, prostrata ad eius pedes gratias egit, et postea pluribus annis vixit. *Pad. 40.*